

sed Pharnacis (Justin. 58, 6, 2). Contra Mommsenus (Zeitschr. f. Numism. 13, 1887 p. 244 seq.) et inscriptionem et nummum tribuit Mithridatis Eupatoris filio, cui regnum Paphlagoniae detulerit Sulla.

31 [Lucei ab co]muni restitutei in maiorum leibert[atem | dant] Roma(n) Iovei Capitolino et poplo Romano v[irtutis] | benivolentiae beneficique causa erga Lucios ab comu[ni]. | *Λυκίων τὸ κοινὸν κομισάμενον τὴν πάτριον δημοκρατίαν τὴν Ῥώμην Διὶ Καπετωλίωι καὶ τῶι δῆμῳ[ι]* | *Ῥωμαίων ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας | τῆς εἰς τὸ κοινὸν τὸ Ἀγκίων.*

Romae in Capitolio, saepius descripta saec. XVI, post periit (I 589. VI 572. Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 986). — Positam inscriptionem putat Mommsen non post bellum Persei, quo tempore Lycii desiderunt esse provincia Rhodiorum, sed temporibus Sullae, qui victo Mithridate Lycios ἐλευθέρους ἤφειε καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους (Appian. Mithr. 61).

32[poplum R]omanum cognatum amicum sociu[m], | iaci beneficique erga Lucios in comu[ni].

Romae rep. in Quirinali, non longe a 'piazza Barberini' (Gatti Bull. com. 1887 p. 251; Huelsen Mitth. 1889 p. 276).

33 Populus Laodicensis af Lyco | populum Romanum, quei sibi | salutem fuit, benefici ergo, quae sibi | benigne fecit |. *Ὁ δῆμος ὁ Λαοδικέων τῶν πρὸς | τῷ Ἀγκίω τὸν δῆμον τὸν | Ῥωμαίων γεγονότα ἐαυτῶι | σωτήρα καὶ εὐεργέτην | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἐαυτόν.*

Romae rep. in monte Quirinali, tabula lapidis Tiburtini, nunc in museo Vaticano (I 587. VI 574; Ritschl tab. LXXIIb; Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 987). — Et hanc positam putat Mo. post bellum Mithridaticum, quo Laodiceam ad Lycum fluvium obsidionem perpessam esse narrat Appianus Mithr. 20 cf. Strabo 12 p. 578.

34 Populus Ephesiu[s populum Romanum] | salutis ergo, quod o[ptinuit maiorum] | souom leibertatem i..... | Legatei: Heraclitus Hi.... [f.], | Hermocrates Dem[etri f.]

Romae olim in aedibus Quirinalibus Barberinorum, nunc in Vaticano (I 588. VI 575; Ritschl tab. LXXIIa). — Hanc olim stetisse iuxta N. 53 ex ipsarum tabularum similitudine colligitur. Mo. utramque stetisse putat in Capitolio antiquo montis Quirinalis. Populus Ephesius quamquam a. 666 ad Mithridatem defecerat, a. 668 ad Romanorum societatem redire maluit, decrevitque ἀναδειξαι τὸν πρὸς Μιθριδάτην πόλεμον ὑπὲρ τε τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας (teste sephismate adhuc superstite, ap. Dittenberger syll. n. 235). — De maiorum suorum libertate, quam Ephesii se recuperavisse scribunt, cf. Mo. Staatsr. III p. 726.

His iungendus est titulus Graecus C. I. Gr. 3882 = Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. 988.

35 Q. Lutatius Q. f. Q. [n.] Catulus cos. substructionem et tabularium de s. s. faciundum coeravit [ei]demque pro[bavit].

Romae in Capitolio 'ubi nunc salare maius' vel 'ubi sal reponitur', i. e. in ingenti antiquo aedificio quod extat in monte Capitolino inter arcem et Capitolium